SACRÆ

THEOLOGIÆ

LIBER TERTIUS,

De ſubjecto, nempe homine, quà ut civis regni Dei, juris, vitæque Dei & ſalutis æternę capax eſt.

CAPUT PRIMUM,

De homine, quà Deo ſubjici & beari poteſt, communiter.

ADhuc fuit primum, de quo agit ſacræ Theologiæ pars communis, nempe finis hominis abſolutè ſummus & ultimus: ſequitur alterum, ſubjectum videlicet, quod eſt homo, quatenus poteſt tanquam civis Deo æterno regi ſuo, à quo conditus et redẽtus eſt, ſubjici, uniri, æternũm beari, ſummumq́; finem ſuũ redipiſci.